Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus de sacramento poenitentiae - Cod. Ettenheim-Münster 215

Zugmeyer, Martin

[Marmoutier im Elsass], 1712

Quaestio 5ta

urn:nbn:de:bsz:31-118991

Visual Library

4tum e qd debeat gsiderate et agnoscere statum poenitentis, ita ut habeat iudicium moraliter certum de dispositione ejus et digntate ad absolutionem.
5to denique debet dispicere, attendere, quoniam statum l. cest. poenitens an in occasione proxima peccandi vel possit eum obligare ad ea q. st. necia.

Quaer. 3tio ad qd teneatur gfessarius post gfessionem.
R. tenetur ad tria. 1mum e ut poenitentem rite gfessum absolvat. rao e: qa poenitens rite gfessus acquisivit ius ad absolutionem, qua proinde sine iniuria eidem negari n. pt, nisi aliunde obstet impedimentum; quoniam aut possit aut debeat gfessarius differre aut recusare absolutionem, gfessarius nosse debet ex iis quae requiruntur ad dignam poenitentis dispositionem.
2dum e ut gfessarius sit prudens in emendandis defectibus si qui inveniuntur in gfessione.
3tium e ut arctissimum silentium teneat de auditis in gfessione. Deque fit

Quaestio 5ta
De
Sigillo confessionis.

Sigillum gfessionis definitur indispensabilis obligatio servandi secreta illa quae accepta st ex gfessione tendente ad fnem poenitie stm sive intentionem poenitentis. Dr sigillum desumpta metaphora ab eo quo secreta obsignantur ne aliis palam fiant. Dr deinde ea ex gfessione tendente ad fnem poenitie hinc e peccata illius qui gfessus qdm e sed n absolutus veniunt sub sigillo, si quae vo peccata gfessario manifestata fuissent animo tm irritendi gfessarium et eum sollicitandi ad societatem delicti gfessarius n tenebitur sigillo, sed tm secreto naturali quo tenemur aliorum delicta n propalare. De hoc sigillo quaeritur quis ad illud teneatur unde oriatur tanta obligatio sigilli et quaenam sub illo cadant.

Propositio 1ma ad sigillum tenentur oes qui notitiam hauserunt peccatorum ex eorum manifestatione facta in ordine ad sacram gfessionem.

Ubi caa intrinseca cur obliget sigillum e ne reddatur gfessio odiosa, sed si quis aut qui ex gfessione quomodolibet hind notitiam peccatorum, n teneretur ad sigillum gfessio fieret odiosa n minus ac si gfessario liceret peccata in gfessione audita propalare qd @. hinc

Infertur ad sigillum teneri 1mo interpretem quo mediante fit gfessio. 2do consiliarium

à quo confessarius petiit consilium si ex errore aut alio defectu manifestasset poenitentem. 4to Violatur sigillum si confessarius ab eo petendo licentiam absolvendi à reservato per errorem vel malitiam revelasset poenitentem, ac tandem omnes qui confessarium sive ex malitia sive ex errore manifestasset delictum poenitentis in secreta confessione auditum. 5to eos omnes qui vel audierunt confitentem, vel sunt cum confessario aut poenitente scripserunt schedulam confessionis dum adhuc fit confessio, quia hi omnes hauriunt notitiam peccatorum ex confessione secus est si quis extra confessionem reperiret ejusmodi schedulam et eam incaute legeret hic enim teneretur ad secretum naturale, non autem ad sigillum confessionis.

Propositio 2da. Obligatio sigilli confessionalis oritur ex iure naturali, divino, et ecclesiastico.

Probatur prima pars. 1mo iure naturae universali primo tenemur non facere aliis quod nolumus nobis fieri; atqui etc. ergo. 2do iure naturali iustitiae tenemur servare deposita nobis commissa, sed per confessionem secretum committitur nobis depositum quod sine gravi iniuria famae proximi tradere non possumus: ergo etc. 3tio iure naturali fidelitatis tenemur non solum servare secreta quae proximi nobis confidunt, sed etiam maxime e pacta cum proximo inita, sed per confessionem secretam confessarius non solum confidit secretum sed confiditur e sub pacto saltem tacito ut de illo perpetuum teneat silentium ergo etc. 4to iure naturali charitatis tenemur servare famam proximi quasi nostram ergo. 5to denique et potissimum iure naturali tenemur servare bonum commune religionis, sed ad hoc maxime pertinet sigillum de auditis in confessione, quia si hoc sigillum non servaretur, tolleretur omne remedium sacramentale reconciliationis, cum nemo vellet, imo nec teneretur aperire peccata quorum revelationem certo timere deberet.

Probatur 2da pars. ex iure divino praecepta est confessio integra peccatorum ergo est praeceptum sacerdotibus, et reliquis qui ex confessione notitiam habent ut secretum inviolabiliter servent. Probatur consequentia. si ex institutione Christi non esset praeceptum sigilli institutio sacramenti destitueretur suo fine, ipsumque sacramentum suis effectibus saltem ordinariis ergo etc. sequela patet. quia finis institutionis huius sacramenti est, ut frequentetur à fidelibus, quoties illo indigent, nemo autem illud frequentaret, imo nec teneretur suscipere si ex eo deberet timere revelationem suorum delictorum. deinde effectus ordinarii huius sacramenti sunt pax et conscientiae serenitas, sed si poenitentes deberent timere revelationem delictorum ex sacramento poenitentiae potius oriretur inquietudo mentis ac timor continuus ne confessarius aliqua ratione inducatur ad detegenda peccata, quae ex confessione novit.

Probatur 3tia pars. de iure ecclesiastico ex cap. sacerdos dist. 6. de poenitentia et c. omnis utriusque de poenitentiis et remissionibus; ubi fractoribus sigilli confessionalis decernitur poena depositionis;

et perpetui exilii quod postea mutatum fuit in poenam perpetuae detrusionis in arctum monasterium; imo Ecclesia concurrentibus quibusdam casibus specialibus eiusmodi sacerdotes degradavit, et tradidit potestati saeculari pro libitu puniendos. ut Ill. Layman hic ubi:

Infertur fractionem sigilli esse sacrilegium gravissimum, quod ex multiplici praecepto multiplicem malitiam contrahit ac proinde confessarium gravissime obligari, ne in ulla materia quantum necessitate licet obligationem transgrediatur. quoad poenas quae decernuntur sacerdotibus frangentibus sigillum a iure humano statuta non est; sed pro gravitate excessus ab Ecclesia decerni solet.

Propositio 3tia. Sub sigillum cadunt omnia peccata mortalia tam futura quam praeterita in genere et particulari; omnia venialia in particulari; omnes circumstantiae et confessio propria; defectus naturales ex confessione noti et censura Ecclesiastica et irregularitates etc.

Ratio quia horum omnium revelatio confessionem reddit odiosam, infringit ius naturale, sive omnes obligationes supra recensitas quod etc. tum.

Infertur sacerdotem frangere sigillum si dicat et indicat manifeste talem seu talem confessum esse usque leve mendacium; non tamen frangit qui diceret Petrum esse confessum et nisi venialia, quia quilibet audiens novit Petrum confessum esse aliqua peccata, adeoque independenter a revelatione sacerdotis scire, potuit eum confessum esse saltem aliquod veniale; periculose tamen sic loqueretur sacerdos confessarius, coram infirmis qui inde possent scandalizari ac proinde sibi ab eiusmodi loquelis, sicut et a ceteris omnibus quibus est sine fractione sigilli in genere de peccatis in confessione auditis abstinendo a personis alias sermo fieri potest, abstinendum est sub peccato consequenter prudenter potest timeri periculum scandali.

Infertur 2do Confessarium neque quidem cum ipsomet poenitente loqui posse de peccatis aut aliis negotiis in confessione auditis sola nisi cum expressa poenitentis licentia.

Quaeres an et poenitens obligetur ad sigillum respectu eorum quae confessarius in huius sacramenti administratione ipsi et dixit et iniunxit.

R. non teneri ad haec sub sigillo sacramenti; teneri tamen sub secreto naturali, quando ex illorum revelatione aliquod damnum est in ipsum confessarium, et contra reverentiam sacramenti timeretur. ratio est quia poenitens tum ex praecepto naturali, tum etiam ex praecepto religionis tenetur cavere damnum confessarii, et irreverentiam sacramenti. Quod si tamen confessarius eo impietatis deveniret, ut in ipso poenitentiae tribunali poenitentem ad peccatum aliquod sollicitaret, tunc non solum potest, sed tenetur illum ad superiores deferre ut expresse declarant in Propositionibus suis quae confirmant constitutionem Gregorii XV contra sacerdotes in confessionibus sollicitantes ad=

ad turpia sollicitantes factam: modus evadendi obligationem denuntiandi sollicitatores
ē, si sollicitatus confiteatur cum sollicitante hic pt ipsum absolvere absque onere denunti=
andi, damnata ab Alexan. 7. anno 1665. Confessarius qui in sacrali confessione tribuit
poenitenti chartam postea legendam in qua ad Venerem incitat n̄ censetur sollicitasse in
confessione, ac proinde n̄ ē denuntiandus damnata ab eodem. 1712. [illegible]
die 23. Augu: [illegible]

Finis

Absolvimus hunc tractatum in Mauri Monasterio sub Clarissimo Rdo Religiosissimo
ac Doctissimo Dno Dno Patre Pro P: Professore Martino Zugmaya.